



177. α
Q. D. B. V.
DE

1739 20
23

VENEFICIO

VULGO:

Sergiffen, oder Sergeben.

PRAESIDE

AVGVSTINO LEYSERO

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI ET
PRINCIPI ELECTORI SAXONI A CONSILIIIS
AVLAE AC IVSTITIAE, CONSISTORII ECCLE-
SIastici DIRECTORE, CVRIAE PROVINCIALIS
AC SCABINATVS ASSESSORE PRIMARIO
ET ORDINIS IVRIDICI
ORDINARIO

IN

ACADEMIAE VITEMBERGENSIS

AVDITORIO IVRIDICO

AD DIEM FEBR. ANNI MDCCXXXIX
DISPVTABIT

CHRISTOPH. AVGVST. FREYBERG

BVD. LVSAT.

VVITTEBERGAE

EX OFFIC. EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.





I

*Ad corpus delicti in ueneficio, ut uenenum in cada-
uere reperiatur, non est absolute
necessarium,*

II

*Sed admittuntur etiam luculenta propinati
ueneni signa.*

III

*Quia tamen corrupti in corpore humores, ira, ceteri
adfectus, lumbrici, mytili, folia laurocerasi etc. sae-
pe eosdem cum ueneno effectus habent,*

IV

*sola ista signa non sufficiunt, sed praeterea 2) ut re-
us uenenum emerit uel habuerit,*

A 2

V

Et 3) de odio eius in defunctum, uel utilitate, quam ex morte eius sperauit, constare debet.



Difficultates, quae corpus delicti in ple-
risque criminibus circumstant, nullibi
fere, quam in ueneficio, sunt grauio-
res, ut adeo, si certitudinem nimis
scrupulose exigis, plerique uenefici
atrocissimum maleficium suum impu-
ne sint laturo. Verumtamen & nimia
credulitas periculosa est, ac innocen-
tissimum quemlibet tormentis & sup-
plicio subdere potest. Venenum ipsum raro in cadauere
reperitur. Itaque plerumque ex signis & coniecturis iu-
dicari oportet. Haec uero fallere possunt. Nam secun-
dum SENNERTVM *Lib. 2 l. M. part. 2 cap. 12. aequè cito in-
verimuntur homines ab humoribus, qui generantur in corpore no-
stro, atque illi, qui necantur a ueneno letali. Sicut enim uenena
assumpta grauius symptomata afferunt, dolores, lipothymias, demen-
tias, & infinita alia; sic quoque humores prauis in corpore nostro
geniti (i. e. insigniter putridi, peculiariter corrupti, uel alia qua-
uis maligna, uel occulta qualitate praediti) & similia, imo meliora
bis, inducunt.* Deinde medici Hallenses apud ALBERTI in
Iurisprudencia medica tom. I. Part. poster. pag. 189, grauem iram
eosdem saepe cum propinato ueneno effectus habere, ob-
seruant. Idem luculentius adhuc IO. LINDESTOLPE in
*libro de Venenis, quem hoc ipso anno CHRISTIANVS
GOTTFR. STENTZEL, medicus & doctus, & elegans, de
suo mirifice auctum & ornatum edidit, toto capite XI pag.*

618 sqq. ostendit, & ad ceteros quoque affectus, allatis exemplis & testimoniis plurimis, extendit. Porro esus mytilorum, *der Muscheln*, subinde eadem symptomata, quae uenenum praesentissimum, excitat, quod ego ter quaterue in necessariis meis & familiaribus praesens non sine horrore uidi, ut adeo in memorabili illo exemplo, quod *Ammannus in Irenico Numae Pompili cum Hippocrate pag. 191 sqq.* habet, mortis causam mytilorum esui simpliciter adscribam. Et sunt sine dubio multae aliae res, quarum naturam nondum satis explorauimus, quasque pro innoxiiis communiter reputamus, sed quae tamen ueneni uim habent. In qua opinione me maxime confirmat *VATERVS noster*, illustris medicus, & magno patre maior filius, qui folia laurocerasi, hucusque inter delicias relata, hominibus brutisque mortem adferre, congestis plurimis tam suis, quam aliorum celebrium medicorum, inprimis Anglorum, experimentis, docuit *in dissert. de Laurocerasi indole uenenata, exemplis hominum & brutorum, eius aqua enecatorum, confirmata.* Quid ergo faciendum in hac incertitudine? Optimum est consilium *BOHNII in Officio medici pag. 652: Si, inquietis, externa indicia ueneni dari, odium subdolum & ueneni emtio concurrunt, & cuncta ueneni ab extra admissi signa aut plura horum conspirant, haec euidentem & certam notitiam ueneni dari conciliare possunt.* Sane, quod de odio subdolo dicit, suppleri oportet ex *articulo Carolino 25 n. 5: soll man in Beschädigungen oder in Verletzungen wahrnehmen, ob die verdachte Person als Leid, Feindschaft, vorgehender Drohung oder Erwartung einigen Vorzuges zu der gedachten Missethat Ursach nehmen möchte.* In plerisque ueneficiis, de quorum poena collegia nostra consuluntur,

tur, ueneficus nullas quidem cum defuncto similitates exercuit, sed tamen insignem ex morte eius utilitatem sperauit. Nec pecuniarium emolumentum requiro. Sufficit quaecumque. Recordor, uxorem iuuenulam uetulo marito suo, qui totas noctes auersus iacebat, uenenum propinasse, ut adolescentem robustum in locum eius surrogaret. Et ICti Helmitadiensis mense ianuario anni clo 1600. CCCXIX puellam, quae, se defunctae sororis suae maritum, ex praedio communi, cuius partem ille per pacta dotalia retinebat, amotura, ueneno necasse, sponte fatebatur, quamuis nullum ueneni uestigium in cadauere reperiretur, tamen ob signa ueneni manifesta ad ordinariam poenam damnarunt: Würde Inquisicin, Catharina Elisabeth Barßin bey ihrem gethanem freywilligem Bekentnisse, daß sie ihrem verstorbenen Schwager, Christoph Bartelsen, in einer kalten Schaale Fliegenstein in der Meynung, selbigen dadurch umb das Leben zu bringen, beygebracht, nochmahlen vor öffentlich gehegtem peinlichem Halß-Gerichte verharren, so wird sie nach Inhalt Kayser Carls des V. peinlicher Halß-Gerichts-Ordnung mit dem Wasser vom Leben zum Tode gebracht. V. R. W. Rat. Dec. Es hat die Inquisicin, Catharina Elisabeth, freywillig gestanden, daß sie ihrer verstorbenen Schwester hinterlassenen Ehemanne, Christoph Bartelsen, Fliegenstein im Sinn und Meynung, ihn umb das Leben zu bringen, vermittelst einer kalten Schaale beygebracht, unmassen denn derselbe einige Tage darauf verstorben. Nun möchte zwar zu ihrer Defension angeführet werden, daß I) der Medicus bey der Eröffnung in dem entseelten Körper keinen Gift oder Fliegenstein, sondern nur Pulver von einer zerstooffenen schwarzen Tobackß-Pfeiffe, gefunden, und es demnach an einem richtigem

tigem Corpore delicti fehle, ohne welchem doch nach *Harprechtes Consil. 19 n. 33* Meynung die Todesstraffe, ungeachtet des Delinquenten Bekenntniß vorhanden, keine statt findet, daß 2) nach des Land: Medici Vermuthung der Verstorbene, wenn er bey Zeiten verständige Medicos consuliret und rechtschaffene Arzneyen bekommen hätte, an noch gerettet werden können, daß 3) derselbe wehrender Unpäßlichkeit sich nicht recht in Acht genommen, und so gar einen Spaziergang nach Ahlden gethan; Es gewinnt also das Ansehen, ob müsse Inquisition mit der ordentlichen auf die Vergiffter gesetzten Straffe verschonet, und nur mit einer außerordentlichen belegt werden. Alldie weil aber 1) zum Corpore delicti in ueneficiis nicht eben erfordert wird, daß das Gift sich noch wirklich im Magen finde, sondern genung ist, daß die Effectus des beygebracht Gifftes in dem Körper erscheinen, immassen eine bewehrte Medicinische Facultät apud *Ammannum in Medicina critica casu 60* in einem dem unserigem fast gleichem casu, bey welchem jedoch noch weniger und geringere Anzeigen des Gifftes sich gefunden, respondiret, und denn die gleich nach Gemüßung der kalten Schaale entstandene Bauchschmerzen, das hefftige Erbrechen, der blaue tumor am rechtem Backen, das blau angelauffene Scrotum, der zum Zeichen einer aus dem Giffte entsprungenen Epilepsie für dem Munde gestandene Schaum, die Inflammation des Magens u. nach dem Urthel zweyer Medicorum hinlängliche Merckmahle der vorhergegangenen Vergiftung seynd, hiernächst 2) die Vermuthung, daß der Verstorbene noch gerettet werden können, sehr ungewiß ist, und die Thäterin, welche animum occidendi gehabt, und sich eines an sich tödtlichen Gifftes gebrauchet, von der ordentlichen

gen Straffe nicht besreyen mag, indem sonst ein ieder Vergiffter diese Entschuldigung, daß die Krafft des Giftes so fort durch gehörige Arzneyen gebrochen werden können, vor sich haben würde, uide BERGERI *Electa Iurisprud. crim. p. 280*, ferner 3) nicht abzusehen, was der Spaziergang nach Ahlden dem Patienten sonderlich schaden können, dann 4) Inquisitin ihres eigenen Vorthels halber, wie sie aussaget, daß sie nemlich was aus dem Hause bekommen möchte, die That verrichtet; So haben wir ihre in dem 130. Artikel der Peinlichen Hals- Gerichts- Ordnung gesetzte Straffe zuerkant.

VI

Quando unum ex istis tribus, quae ante recensita sunt, deest, non quaestio, sed uel iusiurandum, uel territio decernitur.

Tria pro supplendo in ueneficiis corpore delicti, si uenenum ipsum non reperiatur, coniunctim requiro, signa mortis ueneno oblatae, argumenta luculenta, quod reus uenenum habuerit tractaritue, uerisimilem, quae reum ad nocendum permouere potuerit, causam. Quod si unum horum desit, etsi reliqua duo appareant, simplex, quae inde nascitur, suspicio ad tormenta decernenda non sufficit, sed tamen uel iureiurando purganda est, uel terri-
tioni locum facit. Memorabile exemplum mense februario anni 1610 CCXXXVIII Ictis Vitembergenfis offerebatur. Homo iuuenis quatuor uxores & octo liberos suos, nec non priuignam, plerosque subita morte, amiserat, ac uulgi rumore auctor necis per uenena adlatae designabatur. Nemo tamen rem ad iudicem detulerat, usque

usque dum ultimus ex liberis, cui pater paucis ante mor-
 rem horis offam coxerat dederatque, inter maxima tormi-
 na exspiraret, & iam sepultus esset. Tunc demum certi-
 or redditus magistratus aduolat, atque effodi cadauer post
 triduum inspicique curat. Reperiuntur in eo exterius mac-
 culae liuidae, interius nullae erosiones nec inflammationes;
 sed in stomacho tres, atque in intestinis octoginta duo lum-
 brici mirae magnitudinis. De causa mortis interrogati
 medicus & chirurgus, incerta quidem omnia esse, sed ta-
 men sibi, puerum ex colica lumbricosa decessisse, uerisimi-
 le uideri, renunciant. Quid facerent nunc Icti. Cetera
 duodecim cadauera olim sepulta iam diu computruerant,
 nec inspici poterant. Venenum nullibi reperiebatur. Sed
 plerique ex his, qui olim obierant, inopinata morte,
 quam paulo ante bene se habuissent, inter uomitus & gra-
 uia tormina ac eiulatus extincti fuerant, atque inter hos
 puer unus paucis ante morbum horis pultem a patre por-
 rectam comederat. Aderant praeterea testes iurati, qui
 se in rei conclau malum medicamentum reperiisse, ac sese
 ipsos ueneno ab illo tentatos, perhibebant. Mouissent haec
 nos ad tormenta decernenda, si modo ulla in actis causa,
 tot proprios liberos, ac innocentissimas uxores, necandi ap-
 paruisset. Qua deficiente, saltem territionem decreuimus:
 Komme Inquisit in Verdacht, Gift gehabt und verschiede-
 denen Leuten, insonderheit George Jancken, dessen Ehe-
 weibe und beyden Kindern bey, und gar damit seine 4
 Weiber 8. Kinder und ein Stieff-Kind, oder doch etliche
 derselben, umb das Leben gebracht zu haben. Nun fehlet es
 zwar durchgehends an einem richtigem Corpore delicti,
 und ist sonderlich bey dem lezt verstorbenem Kinde, Hans
 Micheln, nicht allein dergleichen nicht vorhanden, sondern
 die

die bey Besichtigung des Corpers gefertigte Registratur, und der darauf von dem Medico und Chirurgo abgestattete Bericht, welcher den Todt des Knabens der Wurm: Colicka zuschreibet, scheinen ihn völlig zu entschuldigen, und das Erkentniß; daß wieder Inquisiten in Ermangelung mehreren Verdachts weiter nichts vorzunehmen; an Hand zu geben. Aldieweil aber Inquisite, giftige Pulver gehabt und in seiner Wohnung verstecket zu haben, durch Peter Semmlers eydliche Aussage und die von ihm selbst eingeräumte Umstände, hiernächst, George Jancken, dessen Frauen und beyden Kindern Gift beygebracht zu haben, durch dieses Janckens und des Küster Müllers eyndliches Zeugniß starck graviret ist, ferner das gemeine Geschrey, daß Inquisite seine 4. Frauen und deren 9. Kinder, oder doch etliche davon mit Gift umbgebracht, durch obige Anzeigungen wahrscheinlich gemacht, und durch die bey ihrem Tode vorgekommene zum theil von Inquisitem selbst in der Antwort auf die Artikel angeführte verdächtige Umstände unterstützet wird, weiter über die Maassen bedenklich ist, daß ein junger Mann, seinem eigenem Anführen nach, von 32. Jahren, worinnen ihm jedoch sein Vater wieder spricht, in so kurzer Zeit 4. Weiber und 8. Kinder, nebst einem Stieff Kinde, durch einen natürlichen Todt verlohren, nächst dem des Medici und Chirurgi Vermuthung von der Wurm: Colicka vielen Zweyseln unterworfen ist, wenn man zumahl die sehr unterschiedene Arten des Giftes, deren einige keine corrosiones verursachen, ja zum Theil gar keine vestigia nach sich lassen, betrachtet, dann Inquisitens eigene Mutter ihn, daß er denen beyden Söhnen, Hans Micheln und Hans Georgen, Gift, jenem in einer Suppe, diesem in Brey, gegeben, verdächtig machet, selcher

cher Verdacht auch dadurch, daß Inquisite die von der Mutter angegebene Umstände anfänglich geläugnet, und nachgehends bey der Confrontation eingeräumet, vermehret wird; So ist Inquisite vor unschuldig nicht zu achten, sondern, wenn er sein Geständnis richtiger zu thun sich ferner verweigert, dem Scharff-Richter vorzustellen, und vermittelst dessen, als solte und wolte er ihn angreifen, jedoch noch zur Zeit unangegriffen, zu befragen; Ob er Gifft oder andere den Menschen schädliche Pulver und Sachen gehabt und gebraucher; Woher und von wem er solche bekommen; Ob er in die Suppe, welche George Jankens Frau vor ihrem Manne und Kinder gekochet, Gifft gethan; Ob er seinen 4. Weibern, 8. Kindern und einem Stieff-Kinde Gifft beygebracht; Ob er wenigstens einigen derselben dergleichen zu essen oder zu trincken gegeben; Auf was Art er solches gethan; Ob selbige davon gestorben; Ob er insonderheit dem Sohne Hans Michaeln Gifft in einer Suppe beygebracht; Ob er Gifft in den Brey, wovon der Sohn Hans George gegessen, gethan. Wenn nun seine Aussage, und wie er sich dabey gebärdet, mit Fleiß zu denen Acten verzeichnet, und mit diesen hinwiederumb verschicket wird, so ergethet sowohl in der Haupt-Sache, als der Unkosten halber, weiter was recht ist. V. R. W.

VII

*Tunc, quando reus signa ueneficii subdole aboleuit,
haec ipsa abolitio pro corpore delicti est,*

VIII

*atque quaestioni & ultimo supplicio etiam sine illis,
quae supra memoravi, requisitis locum
facit.*

Dictum iam in Specimine; Quousque defectus in corpore delicti poenam homicidii mitiget, medit. 2, 3, 4, reos homicidii saepe corpus delicti abolere, de quo si certo constet, ultimum supplicium & quaestionem tamen decerni posse. Idem in ueneficio locum habet. Igitur Scabini Vitembergenles mense augusto anni cLo Io CCXXXVI, puellam, quae, furtum cum alia puella fecisse, atque, ut pecuniae furtivae sola potiretur, huic uenenum propinasse, in suspicionem uenerat, ac corpus delicti subdole aboleuerat, tormentis subiecerunt: Kommt Inquisit in Verdacht, daß sie mit Dorotheen Elisabethen Bretthauerin 30 Thl. aus Hans Lehmans Lade gestohlen, nachgehends dieser Bretthauerin in einer Brocke Safft, wovon diese einige Tage lang Franck geworden, beygebracht. Ob sich nun wohl in ihrer Lade und unter ihren Sachen nichts verdächtiges gefunden, hiernächst der Vergiftung halber kein rechtes Corpus delicti vorhanden, beyde Mägde auch mit einander gut gewesen, also keine Ursach, warum sie einander umbringen wollen, hervor scheint, zudem die Bretthauerin schon, ehe sie die Brocke gegessen, daß ihr nicht wohl wäre, gesagt; Diesemnach es das Ansehen gewinnet, ob sey Inquisit von der angestelten Inquisition zu entbinden. Aldieweil aber gar wahrscheinlich ist, daß sie ihre Diebes-Consortin, umb das gestohlene Geld allein zu behalten, umbringen wol-

wollen, und diese, welche sie anfänglich der Vergiftung beschuldiget, durch Bitten oder Drohen die Beschuldigung zu widerrufen bewogen, ferner Inquisitin durch zwey eydliche Zeugen überführet, und nach anfänglichem starckem Längnen selbst geständig ist, die vermuthliche Giffkörner vom Tische geworffen und zertreten, also, daß man dieses Giff untersuchen und das Corpus delicti zu besserer Richtigkeit bringen können, verhindert zu haben, weiter dieses Giff in der Brocke, welche Inquisitin der Brettthauerin zugebracht, gelegen, und in der Tonne, woraus Lehmann gleichfalls eine Brocke gemacht und gegessen, nicht gewesen seyn kan, dann der Brettthauerin Unpäßlichkeit nur in einem dickem Halse bestanden, im Leibe hingegen ihr nichts gefehlet; So ist Inquisitin vor unschuldig nicht zu achten, mithin, da sie, ihr Geständnis richtiger zu thun, sich ferner verweigert, dem Scharfrichter dergestalt zu untergeben, daß er sie ausziehe, zur Leiter führe, die zur Peinlichkeit gehörige Instrumenta vorzeige, die Daunstöcke anlege, jedoch vor dieses Mahl weiter nichts mit ihr vornehme; worbey sie denn mit allem Ernste zu befragen; Ob sie der Brettthauerin Giff in einer Brocke beygebracht; warum sie solches gethan; woher und von wem sie solches Giff bekommen. Item Scabini in simillimo casu ream ueneficium confessam ad gladium anno cl Io CCXXXVIII damnarunt: Hat Inquisitin so wohl summarisch als Artickelsweise in Güte bekant, daß sie in der Absicht, ihren Ehemann zu tödten, Giff einmahl in Grütze und das zweytemahl in eine Mehl-Suppe gethan, die Grütze ihrem Ehemanne zu essen gegeben, auch dessen Vater davon essen lassen, und die Mehl-Suppe dem Ehemanne zum Frühstücke gebracht, da denn der Ehemann zweymahl, dessen Vater aber einmahl

mahl sehr krank worden, und sich heftig gebrochen; Nun scheint zwar der Inquisitor zu statten zu kommen, daß alhier kein vollkommenes Corpus delicti vorhanden, gestalt von dem Rattenpulver, welches Inquisitor in die Grütze und Mehl-Suppe gethan haben will, nichts mehr vorhanden, demnach, ob es auch wahrhaftiges Gift gewesen, nicht gründlich untersucht werden können. Alldieweil aber das Corpus delicti nicht allezeit mit Händen gegriffen wird, sondern nach Vorschrift der peinlichen Hals- Gerichts-Ordnung Art. 6. so viel möglich, und nach Gestalt und Gelegenheit einer ieden Sache geschehen kan, erkundiget werden muß, folglich nur in einer certitudine morali, und keines weges mathematica oder absoluta, bestehet, LEYSER in *Medic. ad ff. specim. § 61. de Corpore delicti medic. 4.* welche certitudo moralis alsdenn umb so viel mehr hinlänglich ist, wenn der Delinquent, wie Inquisitor alhier durch Hinwegschüttung der übrigen mit Ratten-Pulver vermischten Grütze gethan zu haben gesehet, das handgreiffliche Corpus delicti, umb die böse That zu vertuschen, zernichtet und aboliret, in welchem und andern dergleichen Fällen, da es unmöglich ist das Gift selbst vor Augen zu legen, man, wie BOHNIVS in *Officio Medici pag. 62* gar wohl anmercket, mit den äußerlichen Zeichen des Giftes zu frieden seyn muß, diese äußerliche Zeichen aber aus denen vom dem alten Vater, seiner Ehefrauen, der Inquisitorin fränkem Ehemanne, der Tischlerin, von der die Inquisitorin das Ratten-Pulver bekommen, aus gesagten, und denen von Inquisitorin selbst eingeräumten Umständen überflüssig erbellen; So ist Inquisitorin Magdalena Marcusin, daferne sie bey ihrem gethanem Bekännthüß vor öffentlich gebeegetem hochnothpeinlichem Hals-Gerichte nochmahls freywillig ver-

verharret, oder des sonst wie Recht überführet wird, mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode zu bringen.
B. R. W.

IX.

Discrimen sexus, quod Carolus V in poena ueneficii facit, Saxones electorales ex consuetudine reiciunt,

X

Saxones autem reliqui admittunt.

Poenam ignis, quam maiores nostri, Germani ueteres, tam Saxones in *Speculi sui lib. 2 art. 13*, quam Sueui in *Speculi sui cap. 115 n. 12* in ueneficos statuerunt, mutauit Carolus V, atque in *articulo 130* mares rota contundi, feminas aquis mergi iussit. Quem articulum & Sueui, & ipsi Saxones, prisci iuris sui alias tenacissimi, receperunt, teste CARPZOVIO in *Quaest. crim. 20 n. 22*, qui tamen, rotae supplicium & in masculis & in mulieribus locum habere, addit. Sed re-cte BEYERVS ad *artic. Carol. 130 n. 5*, se, cur sexus differentiam, cuius rationem Carolus Imperator habuit, hac in parte obseruari nolit CARPZOVIVS, non perspicere, ait. Et profecto ipse ego rationem, quare Saxones partem legis Carolinae agnouerint, partem reiecerint, non perspicio. Quia tamen CARPZOVIVS n. 30 ad consuetudinem prouocat, & Scabini, inquit, *Lipsienses frequenter pronunciano consuetudinem introducunt*, teste Hen. Goden. *conf. 47 tit. de legitima n. 5 uers. prout Scabini Lipsienses & c. Iac. Schulz. ad Modest. part. 3, 9, 122, nu. 15, praesertim cum eiusmodi responsu non solum*
ad

ad notitiam populi peruenirent, sed & transmissa ad Aulam Illustrissimi ac Serenissimi Dn. Electoris nostri Saxon. approbata & executioni mandata fuerint; & BERGERVS in *Oeconomia iuris* p. 834 idem testatur, cedo eatenus, ut in Saxonia electorali sexus discrimen hic non attendi fatear. At in reliqua Saxonia, quae Electori non pareat, secundum ius Carolinum iudicari oportet. Quamobrem Icti Helmstadiensis ex ducatu Lauenburgico, qui adhuc hodie Saxonum iuribus utitur, mense octobri anni 1615 CCXIV consulti responderunt: Würde Anna Subtelmannin bey ihrem gethanem freywilligem Bekentnisse, daß sie das vor 2 Jhr. erkauftete Ragen-Pulver im Sinn und Meynung, ihren Herrn oder Frau damit umb das Leben zu bringen, in den Theck-Toppf geworffen, nochmahls vor öffentlich gehegtem veyrligem Halß: Gerichte verharren, so wird sie nach Inhalt Kayser Carl des V. veynlicher Halß: Gerichts-Ordnung mit dem Wasser vom Leben zum Tode gestrafft. Im übrigen wird auch Ludwig Siats, umb daß er auf der Inquisition Verlangen den Zeddel geschriben, 6 Tage lang im Gefängnisse mit Wasser und Brodt gespeiset, oder um 8 Thl. gestraffet. B. N. B.

XI

Qui uenena uendunt, uel procurant saltem,

XII

atque adeo etiam proxenetæ in crimine ueneficii, ultimo supplicio puniuntur,

XIII

XIII

non aliter tamen, quam si in societatem consilii de homine necando uenerunt.

XIV

Quodsi hoc ignorarunt, extra ordinem pro gradu culpaepuniuntur.

In fine sententiae, quam ante memorauimus, extraordinaria poena imponitur homini, qui ueneficae in emendo ueneno opem rulerat. Is nempe ueneficae, quae uenenum in pharmacopolio poscens primum repulsam tulerat, petenti schedam, qua ipse suo iussu uenenum emi testabatur, scripserat, atque hac pharmacopolam, ut uenenum reae daret, mouerat. Videbitur nonnullis iusto mitior poena, quam proxenetae huic infliximus. Certe uenena necandi hominis causa facientes, uel uendentes, uel habentes, ultimo supplicio in *L. 3. pr. & §. 1. Ad L. cornel. de sicar.* puniuntur. Atque profecto proxenetarum non minor dolus est. Oportebat ergo & eos tanquam homicidas puniri. Admitto hoc lubens. Verum & in uenditore & in proxeneta seu adiutore conscientiam sceleris requiro. Si haec abest, culpabile saltem homicidium committitur. In specie autem supra memorata, scriptor schedae ignorarat infidias, quas ancillae hero suo parabat, credideratque nimis temere dicenti, uelle se ueneno hoc in necem murium & glirium uti.

XV

Conatus ueneficii tres gradus habet.

C

XVI

XVI

Primus, quando ualetudo eius, cui uenenum datum, irremediabile damnum accepit, ordinariam poenam meretur.

XVII

Iudici tamen, tunc rotam & culeum in gladium mutare, licet.

Quomodo conatus ueneficii puniendus sit, acriter discutatur. Quam litem ut recte decidamus, tres conatus gradus constituendi sunt. Primus est, quum quidem is, cui uenenum datum, non obiit, sed tamen ualetudo eius irreparabile damnum accepit; secundus, quando ille perfunctus fuit; tertius denique, quando uenenum, antequam sumeretur, deprehensum, atque adeo sumptum non fuit. In primo casu clara est lex in articulo Carolino 130, qui uerbis: **Leib oder Leben**; ad rotae & culei poenam decernendam damnum saltem in corpore datum sufficere uult. Scio quidem, CARPZOVIUM in *Quaest. crim.* 21 n. 42, adsententibus CLASENIO ad art. 130 multisque aliis, uocem **Oder** coniunctiue interpretari; quam interpretationem Paulus in *L. 13 pr. de Verb. signif.* iuuat: *Saepe*, inquit, *ira comparatum est, ut disiuncta pro coniunctis accipiantur.* Verum hoc, etsi nonnunquam contingat, tamen praesumi non debet, nisi necessitas exigat, a natua uocum significatione recedendum est, maxime in Germania, ubi, ut recte obseruat **BEYERS** ad articulum Carolinum 130 §. 11, 12, loquitur: **Leib und Leben**; altera: **Leib oder Leben**; longe frequentior est, atque a Carolo, si is coniunctiue loqui uoluisset, sine dubio adhibita fuisset. Quamobrem, si quis ueneno hausto paralyticus factus est, ueneficum poena in articulo 130 constitu-

ta adfici oportere credo. Saltem temperamentum ex *articulo 178* addo, ut iudex, si hoc ei aequum uideatur, rotam & culeum in gladium mutare possit. Fecerunt hoc Scabini Vitembergenses in responso, quod in *Specimine de Parricidio medic. 14 & 15* commemoravi.

XVIII

In secundo conatus gradu, quo is, qui uenenum sumpsit, pristinam ualeitudinem recuperauit, cessat ultimum supplicium, sed proxima tamen ab eo poena infligitur,

XIX

atque etiam tormenta decernuntur.

Secundus attentati ueneficii gradus est, quando, qui id hausit, pristinae ualeitudini restitutus est. Tum quidem ultimum supplicium cessare, sed tamen proximam ab eo poenam infligi oportere, credo. Moueor, ut sic sentiam, & atrocitate huius criminis, quod securitatem publicam & domesticam maxime turbat, & a quo adeo homines omni modo absterrendi sunt, & uoce: *peinlich*; quae in *articulo Carolino 178* posita est. Quamobrem Icti Helmstadiensis mense iunio anni 1713 maritum, qui uxori uenenum dederat, quum haec id uomitu reiecisset, in perpetuum exilium egerunt, uirgarum uero iectum, quem ille etiam meruerat, ob enixam ipsius uxoris deprecationem sic remisit, ut tamen reum publice e ciuitate ad pensis uirgis educi iubere. Quod autem in hoc casu WERNHERVS *Part. X obseruat. forensi 444 n. 22 pag. 793* ait: *quum reus crimen omnino negat, etsi, grauissimis eum indiciijs oneratum esse, appareat, tormen-*

*is locus baud relinqui, sed potius purgatorium iniurandum decer-
ni debet; ne medium eruendae ueritatis durius, quam ipsa poena,
sit; hoc scabini Vitembergenses in responso mense augu-
sto anni c 15 15 CCXXXVI exarato & in praecedente medi-
tatione 7 memorato neglexerunt, & fiduciam ueritatem de
rea exquiri iusserunt, additis rationibus: Ob wohl die
Bretthauerin wieder gesund ist, folglich allenfalls ein blooß-
er Conatus übrig bleibet; Aldieweil aber der blooße ad-
Actum proximum gekommene Conatus eine harte Straffe
verdienet; So ist Inquisicin vor unschuldig nicht zu acty-
ten 2c. Supponit WERNHERVS d. l. eo casu, ubi nec corpus
damnum ex summo ueneno sensu, non facile ultra perpetuam relega-
tionem procedi posse. Verum nos contrarium supra ostendi-
mus. Et fac etiam, uerum hoc esse. Tamen reo, qui ma-
nifestissimis indiciiis premitur, periurium permitti non oportet;
ipseque sibi imputet, quod remedium ipsa poena du-
rius ingenua confessione non auertit.*

XX

*In tertio conatus gradu, quum uenenum, antequam
sumeretur, deprehensum est, omnia iudicis ar-
bitrio permittuntur.*

Infimus conatus gradus est, quando ueneficus cum uene-
no, adhuc innoxio, deprehenditur. Hic poena simpli-
citer ex arbitrio iudicis pendebit, qui tamen cogitare debet,
tunc quoque reipublicae & securitati domesticae interel-
se, ut exemplum, quod alios terreat, statuatur. Seneca lib. 7
controu. 3 speciem talem habet: Filius, quem pater abdicauit
ter in iudicium produxerat, semper absolutus, post
tertiam uictoriam deprehensus est a patre in secreta domus
parte medicamentum terens, interrogatus, quid esset, dixit;
ue-

uenenum, & uelle se mori; & effudit, accusatur parricidii. Inter plures, quas Seneca memorat, defensiones optima est Albucii, qui dixit; *non fuisse uenenum; quum putarem, inquit, odio esse patri meo, uolui experiri affectum eius, quomodo mentionem mortis meae ferret. Itaque palam, & ita, ut interueniret pater, renui.* Sed sic tamen effusio, quae potissimam suspicionem excitat, non eleuatur. Ego itaque fiduculas admouissẽm.

XXI

Pœna ignis, quam priscum ius Germanicum in ueneficos statuit, abrogata, sed in Saxonia, quod ad pascuorum infectores, retenta est.

XXII

Id quod tamen ad quadrupedes restringi, nec ad uolucres extendi oportet.

Pœnam ignis, prisco iure Germanico, in utroque Speculo in ueneficos statutam, sustulit, ut supra dixi, Carolus V, & sustulere quoque Saxones usu fori; retinuit tamen Augustus septemuir in *Constit. 18 P. 4*, quod ad eos, qui pascuam inficiunt. Quam legem ego tantum abest ut cum CARPZOVIO ad eam *des. 3 n. 2* inter odia referam, ut potius, tantam securitatis publicae uindicem, summum fauorem mereri contendam. Caue tamen, eam ultra mentem Augusti extendas. Offerebatur scabinis Vitembergensibus mense iulio anni MDIOCCXXXVII haec species: Rusticus, quum sementem suam subinde depasci animaduertet, atque hoc a vicinorum gallinis fieri suspicaretur, uicinos, ut gallinas suas contineant, monet. Negant uicini, gallinas suas hoc damnum facere. Tum rusticus sementem ueneno miscet, eoque agrum suum conserit, & sic omnes fere uicinorum gallinas enecat. Vicini ciuilitate ad-

damni restitutionem agunt. Sed iudex, altio- rem de pascu- rum infectione quaestionem subesse, ratus, inquiri, ut lo- qui solemus, specialiter, &, reo factum fatente, collegium quoddam iuridicum de poena eius consultat. Interloqui- tur hoc, iubetque ante omnia explorari, num quis in agro illo ius pascendi habeat. Paret iudex, reperitque, praedio cuidam equestri seruitutem pascendi in toto illo tractu, at- que adeo etiam in agro rei, deberi. Instructa hoc modo acta ad scabios Vitembergenses mittuntur. Et uidebatur in principio periculum capitis reo imminere. Pascua erant, quae ille infecerat; &, quamuis pecora, quibus pastura de- bebatur, non periissent, damnum tamen insequentum fue- rat, quod solum *d. Constit. 18.* uerbis: **Wann Schade darauf erfolget;** ad poenam ignis sufficere uult. Igitur, quum uerba legis aperta essent, Vlpiani in *L. 12. §. 1. Qui & a quibus manumissi* estatum: *quod quidem perquam durum est: sed ita lex scripta est;* in mentem ueniebat, rogamque accendi iubebat. Sed intercessit atrociora meditantibus mens Au- gusti, qui non uolucris, sed quadrupedibus innoxiam pasturam praestare uoluit. Armentis, equis, suibus & ouibus insidias nullas tetenderat reus, sed uolucris sal- tem, quibus ius pascendi non erat. Itaque sic responsum fuit: **Hat Inquisit in Güte gestanden, daß er Gerste mit Ratten-Pulver aufgequellet, und mit weissen Körnern, welche ihm ein Bergmann verkauffet, und, so viel er däch- te, Spieß-Glas gebeissen, vermenger, auch solche Gerste auf sein so genanntes Hopffenland gestreuet, wovon Sabinen Grafin und Annen Reginen Thönertin verschiedenes Hüh- ner-Vieh, welches davon gefressen, verstorben: So wird er zwar in Ansehung des von der Grafin und Thönertin selbst eingeräumten Umstandes, wodurch er auf die Meynung, daß der Saame von Raub-Vögeln gefressen würde, gera- then,**

then, ingleichen der ihm gegebenen Erlaubnis, die Hühner zu tödten, auch, daß sonst kein Schade am Viehe geschehen, mit der in der Churfürstlich Sächsis. 18 Constitution des 4^{ten} Theils gesetzten Straffe verschonet, jedennoch den Werth des getödteten Hühner-Viehes, wie nicht weniger alle verursachte Unkosten, zu bezahlen angehalten, überdies des Landes auf 4 Jahr verwiesen.

XXIII

Quando uenenum, non necandi hominis, sed furoris iniciendi aut amoris conciliandi causa, datum, atque mors sequuta est, cessat rota & culeus, ac gladius saltem decernitur.

XXIII

Nec remittitur ultimum supplicium, quamvis homo post aliquot demum annos ex isto ueneno perierit.

XXV

Quodsi non mors, sed irreparabile damnum sequutum est, proxima ab ultimo supplicio poena infigitur.

Quod supra dixi, ordinariam ueneficii poenam locum habere, tamen non mortem, sed saltem immedicabilem morbum aliudue irrepabilem damnum attulerit, restringi oportet ex L. 3 §. 2 *Ad legem corn. de fisciis* ad ea sola uenena, quae hominis necandi causa habentur. Igitur si quis uenenum, non ut necet, sed ut in rabiem agat, porrigit, qualia uenena reperiri, & *Zachias lib. 2 tit. 1 quaeft. medico legali* 17 & experientia testantur, si furor uel dementia sequatur, rota & culeus, quin secundum L. 38 ff. 5 *de Poenis* etiam gladius cessabunt, atque poena ab ultimo supplicio proxima saltem irrogabitur. Quod & in amatorio poculo, si is, qui id hausit, non pereat, uerum est, propter *allegatas LL.* At quid si pereat, sed post aliquot demum annos, id quod *PETRO LOTICHIO* Secundo accidisse, *Hagius de Vita Lotichii, & Adami in Vitis Germanorum medicorum pag. 51, & pbi-tesa-*

Iosoporum pag. 101. commemorant: Petrus Lotichius Secundus Bononiam, studiorum iam olim marrem, se contulit. Quo loco possumus dicere, quod apud Poëtam Dido de aduentu Aeneae queritur:

Felix, heu nimium felix, si littora tantum
Nunquam Dardaniae tetigissent nostra carinae!
ita felix fuisset, Deo uolente, hic noster, si Bononiam nunquam uenisset. Nam quum ibi nobili quodam Bauaro, canonico Monacensi, contubernali uteretur: cepit canonicus amare foris, quod domi habebat. Id hospita animaduertens

Medea animo aegra, amore saeuo satia,
permoleste tulit; iuuenisque amorem delenimento, seu amatorio poculo, sibi conciliare est aggressa, idque hoc modo. Apposuit aliquando duobus illis iuscula, ac de more gentis singulis singula. Ibi quum Lotichio pinguius, nobili macrius, sed intoxicatum, praebitum esset: ille, qui a pinguibus natura abborreret, suum ius cum alterius commutat. Verum simul ac sorbere cepit: uim ueneni sensit: defectione animi concidit. Mox furibundus arma rapit: stricto gladio contubernalem inuadit. Post paululum ad se reuersus, hausto oleo oliuarum partem ueneni uomitu reiecit. Inde feбри maligna corripitur: quae quum abisset, & capillus & unguis deciderunt: animoque ac corporis habitu mutatus apparuit. Ac remanserunt mali reliquiae, dum uixit. Nam quotannis sub auctumnum recruduit uis mortiferi ueneni, cum quadam deliratione & feбри. Tandem, morbo illo de more redeunte feбри ardente consumptus, placide ultimum uitae diem clausit. Haidelbergae, anno millesimo, quingentesimo, sexagesimo, die septimo nouembris: quum annum aetatis trigesimum secundum attingisset. Intercefferunt hic inter philtum & mortem quinque uel sex circiter anni, qui tamen ueneficam a meritissima poena liberare non debebant.

COROLLAR.

Diximus in *meditat.* 17. uenefico tunc, quum, qui uenenum sumpsit, pristinam ualitudinem recuperat, ultimum supplicium remitti. Excipiendus tamen est patri uenenum miscuerat, quo mater per errorem sumpto in grauissimum morbum inciderat, aegreque sanata fuerat, gladio puniti, in *Specimine de Parricidiis* memorabitur.







Wittenberg, Diss., 1739 (1).



Sb







17. α

Q. D. B. V.

1739

23
20

DE

VENEFICIO

VULGO:

Bergifften, oder Bergeben.

PRAESIDE

AVGVSTINO LEYSERO

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI ET
PRINCIPI ELECTORI SAXONI A CONSILIIIS
AVLAE AC IVSTITIAE, CONSISTORII ECCLE-
SIASTICI DIRECTORE, CVRIAE PROVINCIALIS
AC SCABINATVS ASSESSORE PRIMARIO
ET ORDINIS IVRIDICI
ORDINARIO

IN

ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
AUDITORIO IVRIDICO

AD DIEM FEBR. ANNI MDCCXXXIX
DISPUTABIT

CHRISTOPH. AVGVST. FREYBERG

BVD. LVSAT.

VVITTEBERGAE
EX OFFIC. EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

